

1BA 64

Textes conciliaires.

Council de Cologne 1316

caus. 21.

de fens de chanter contre qui qu
le foit le Medie nite.

Chantres

Concile de laodicee . S. IV - Can. XXIII

Mansi II, 579

„ quod non oporteat lectores aut cantores orarii uti, et ita legere
vel psallere .”

Chantres

Concile de laodicee . S. iv . Can. xxiv

Mansi, II, 579

« Quod non oporteat sacro ministerio deditos, a presbyteros usque ad diaconos, et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est, usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas et ostiarios, et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernaculum. »

i Synode Irlandais de S. Patrice Can. X (450-456)

le texte des Canons des 2 synodes de S. Patrice est assez
peu clair.

C. X « Si inceptum boni operis ostenderit in proallendo
et nunc intermisit, et comam habeat, ab ecclesia
excludendus, nisi statim priori se restituit »

Manzi VI, 516

Les lecteurs et les chantres ne pouvaient pas se marier dans
toutes les provinces . à tout le moins devaient-ils avoir des
épouses catholiques.

Concile de Calchedoine (452) Canon XIV

" Quoniam in nonnullis provinciis concessum est lecto-
ribus et cantoribus uxores ducere, decrevit sua syno-
dus nulli eorum licere diversae a recta opinionis
uxorem ducere »

Manzi vii, 363

Il ne doit y avoir dans la province [de Tours] qu'une seule
manière de chanter (??) (ou de diviser le psautier ?)

Concile de Vannes 465. C. XV

« Rectum quoque iuximus ut intra provinciam nos-
tram sacrorum ordo et psalendi una sit consuetudo.
et sicut unam cum Trinitatis confessione fidem tene-
mus, unam et officiorum regulam teneamus: ne
variata observatione in aliquo devotio nostra discre-
pare credatur. »

Mansi VII, 955

Hymnes du matin et du soir chantées - Unification des usages dans la province

Concile d'Agde 506 c. xxx

« Et quia convenit ordinem ecclesiae ab omnibus aequaliter custodiri studendum est ut sicut ubique fit, et post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, et hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, et in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur et plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur »

Mansi, VIII 329-330

la psalmodie perpétuelle à S. Maurice d'Againe
entre 528 515 et 523

Cf. de Mansi VIII, 533-534 le passage de la charte
de fondation du monastère concernant l'institu-
tion des neuf chœurs de moines.

"Ordo psallendi", uniforme dans la province de Tarragone
Concile de Tarragone Gerunda, 517, C. i

« De institutione missarum, ut quomodo in metro-
politana ecclesia fuerit, ita in dei nomine in om-
ni Tarraconensi provincia, tam ipsius missae ordo,
quam psallendi, vel ministrandi consuetudo ser-
vetur. »

Mansi . VIII , 549

Le Canon xxvii du Concile d'Epavon 517 a le même sens

Mansi , VIII , 562

Sur les jeunes clercs

Le Concile de Vaison 529

a deux Canons, le i et le iii : à étudier.

Dans le i : on invite les prêtres de paroisse à élever de jeunes clercs (lecteurs) pour le service de l'autel. Le

sens de l'expression "Salvos parare" à étudier

Au c. iii : répétition fréquente du "Ryrie eleison" dans les offices.

Mansi viii, 726-727

Sur l'éducation des jeunes clercs

cf. aussi Conc. de Tolède, 531. C. i Mansi viii, 785

C. de Worms, 868 Can. xxii (oblats des monast.)

" " Can. Lxviii-ix (âge d'admi.)

↳ Mansi xv, 873, 881

Canonicaⁱⁱⁱ de actate adis. c. xxxi C. lat. 161 col. 1136

On ne peut faire, ni accomplir le vœu de venir chanter
ou boire dans une église.

Concile d'Orléans, 533, Can. xii

« Ne quis in ecclesia votum suum cantando,
bibendo vel lasivando dissolvat, quia deus talibus
votis irritatur potius quam placetur. »

Mansi viii, 837

Sur le temps que pouvaient durer les offices

Concile d'Orléans, 538, Can. XIV

« De missarum celebritate in praecipuis duntaxat solemnitatibus id observari debet, ut hora tertia missarum celebratio in dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes, ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore convenire: quia sacerdotum vespertinis officiis ab ecclesia talibus praeterea diebus nec decet deesse, nec convenit. »

Mansi IX, 16

"ordo psallendi", uniforme (?)

Concile de Braga, 563, Can. 1

« placuit omnibus communi consensu ut unus atque
idem psallendi ordo in matutinis vel vespertinis
officiis teneatur, et non diversae, ac privatae, neque
monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica
regula sint permixtae. »

Mansi ix, 777

les lecteurs ne doivent pas rester en habit séculier pour
prendre part à la psalmodie.

Concile de Braga . 563 . Can xi

« Item placuit ut lectores in ecclesia in habitu secu-
lari ornati, non psallant, neque granos gentili
ritu dimittant. »

Mansi ix, 778

ou lire ? défense de chanter[?] les compositions poétiques à l'église,
sauf les psaumes et les livres de l'anc. et du nouv. Testa-
ment. (Contre les Visigillanistes ?)

Concile de Braga . 563 . Can. xii

« Item placuit ut extra psalmos, vel canonicarum
scripturarum novi et veteris testamenti, nihil
poetice compositum in ecclesia psallatur; sicut
et sancti praecipunt canones. »

Manni ix, 778

V. la note de Bini. col 781

"Ordo psallendi", de la Basilique et de la Civ. de Tours

Concile de Tours. 567. C. xviii

Le canor qui est assez long ne se rapporte pas directement au chant, il règle le nombre des psaumes et des antiennes aux diverses époques de l'année.

cf. Manri ix, 796-797

On peut chanter d'autres hymnes que les ambrosiennes

Concile de Tours, 567, Can. XXIII.

« licet hymnos ambrosianos habeamus in canone,
tamen quoniam reliquorum sunt aliqui qui digni
sunt forma cantari, volumus libenter amplecti eos
praeterea, quorum auctorum nomina fuerint in
limine praenotata: quoniam quae fide constiterint,
dicendi ratione non obstant. »

Mansi IX, 803

Une belle voix fait trop facilement élever les chantes aux ordres sares. Les diares doivent prêcher non chanter.

Concile de Rome . 595 .

«... In sancta Romana ecclesia, cui divina dispensatio praesens ne voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis interserviant, quos ad praedicationis officium elemosynarumque studium vacare conquebat. Unde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda vox quaeritur, quaeri congrua vita negligatur et cantor minister deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Quia in re praesenti decreto constituto, ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque evangelicae lectionis officium inter missarum solemnitas exsolvant, psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas fuerit per minores ordines exhiberi...

Manri IX, 1226 ; X, 475 .

"Ordo psallendi" uniforme d. la province

Concile de Tolède, 633, Can. ii

Même vers que Braga, 563 - secunda 517 -
Epave 517 et...

Mansi X, 616

Chant de l'alleluia

iv^e Concile de Tolède, 633, Can XI

L'alleluia interdit en Carême et le premier janvier.
à cause des excès de ce jour là.

Il n'y a à noter ~~pas~~ pour le chant que les expressions
"alleluia decantare", "alleluia in laetitia canere",

Mansi X, 621-622

le canon XII sur le moment où il faut chanter les "laudes",

le canon XIII sur les hymnes (note spéciale)

le canon XIV sur l'hymne des trois enfants qui doit "in
(publico?)
pulpito decantari", à toutes les fêtes

le canon XV sur la formule "Gloria Patri",

le canon XVI sur les répons à ou sans gloria (note spéciale)

An peut et on doit chanter d'autres hymnes que celles des Sts
Écritures.

IV: Concile de Tolède, 633, Can. XIII

« De hymnis etiam canendis et Salvatoris et apostolorum habemus exemplum : nam et ipse Dns hymnum dixine perhibetur Matthaes evangelista testante : Et hymno dicto, cecinerunt in montem Oliveti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit, dicens : Implemini spiritu, loquentes vos in psalmis, et hymnis et canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt : respiciant ergo et illum hymnum ab hominibus compositum quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus : gloria et honor Patri et Filio et Spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen. Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt : gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis ; reliqua quae ibi sequuntur ecclesiastici

doctores componerunt. Ergo nec idem in ecclesiis canendus
est quia in scripturarum sanctarum libris non invenitur.
Componuntur ergo hymni, sicut componuntur missae,
sive preces, vel orationes, sive commendationes, seu
manus impositiones: ex quibus si nulla dicantur in
ecclesia vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet
haec fieri atque hotatur timotheum apostolus dicens:
Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes,
postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus homini-
bus, pro regibus et pro omnibus, qui in sublimitate
sunt. Sicut igitur orationes, ita et hymnos in lau-
dem dei compositos nullus vestrum ulterius improbet,
sed pari modo Gallia [Gallicia] Hispaniaque celebret:
excommunicatione plectendi qui hymnos reficere
fuerint ausi.»

Mansi X, 622-623

Répons joyeux et répons tristes

IV: Conc. de Tolède, 633. Can. XVI

« Sunt quidam qui in ~~re~~ fine responsorium
gloria non dicunt: propter quod interdum ~~con~~ inco-
venienter consonat. Sed haec est discretio, ut in
lactis sequatur gloria, in tristibus repetatur
principium.»

Manzi X, 624

Canon I, IV.

Si quis episcopus, vel presbiter, vel diaconus, vel sub-
diaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius, cum muliere
Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsa
vitium attulerit. Sin autem laicus sequegetur.

Capitulum IV. 11245 u 11244 c.

Concilium Quiniscentum 692.

Les Chantres et les lecteurs peuvent se marier

Conc. de Constantinople in Trullo, 692, C. iv

le Conc. renouvelle la loi portée par le 27^e Canon
dit Apostolique sur ce point.

Mansi X, 943

les Chantres et les Lecteurs devaient être tonsurés

Conc. de Constantinople in Trullo. 692. C. xxxiii

« Quoniam cognovimus in Armeniarum regione eos
solum in cleri ordinem referri qui sunt ex genere
sacerdotali, iis qui hoc facere aggrediuntur, mores
judaicos sequentibus; nonnullos autem eorum etiam
non tonsos, sacros cantores et divinae legis lectores
constitui: decernimus, ut deinceps non liceat iis,
qui volunt aliquos ad clerum adducere, ad eius
cui manus imponitur genus respicere.....

Mansi XI, 958

Il faut chanter sans crier.

Conc. de Constantinople, in Trullo 692. C. LXXV

« Vos qui in ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus
~~non~~ nec inordinatis vociferationibus uti, et naturam
ad clamorem urgere: nec aliquid eorum quae ecclesiae
non conveniunt, et apta non sunt, asciscere; sed cum
magna attentione et compunctione psalmodias deo,
qui est occultorum inspector offerre. Vos enim et
sanctos fore filios Israël sacrum docuit oraculum. »

Mansi xi, 975

"Chori saeculares,, "Quellarum cantica,, interdit.

Statuts de S. Boniface, vers 740-750, C. XXI

C'est la reproduction du Canon 9^e du Conc. d'Auxene
de 578 ~~et~~ citée à cette date.

Mansi XII, 385

On doit se conformer à la sainte et simple mélodie en usage dans l'Eglise.

ii Conc. de Cloveshoë 747. Can XII

« Duodecimo adiunxerunt edicto, ut presbyteri ~~se~~ saecularium poetarum modo in ecclesia non garriant, ne tragico sono sacrorum verborum compositionem ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed simplicem sanctamque melodiam secundum morem ecclesiae recitentur: qui vers id non est idoneus assequi, pronunciantis modo simpliciter legendo, dicat atque recitet quidquid instantis temporis ratio posuit; et qui (Harduin lit: et quae..) episcopi sunt non praesumant. Interea quoque presbyteri de his quae propria sunt episcoporum in quibusdam ecclesiasticis officiis, nihil omnino tentent et praesumant agere. »

Mansi xii 399

Chant et offices suivant l'exemplaire romain

Con. de Cloveshoë 747 Can. xiii

Manni xii, 399

Quosdecimo adjuverunt edicto, ut presbyteri
secularium poetarum modo in Ecclesia non garrant,
ne tragico sono Sacrorum verborum compositionem
ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed
simplicem tanquam melodiam secundum morem
ecclesie sectentur: qui vero id non est idoneus
atque, pronuncians modo simpliciter legendo,
dicat atque recitet quidquid instantis temporis
ratio possit; et qui episcopi sunt, non presument.
Interea quoque presbyteri, de his quae propria
sunt episcoporum in quibusdam ecclesiasticis
officiis, nihil omnino tentent et presument agere

Unité dans le chant comme dans la division de l'office
divin

Conc. de Cloveshœ 747 Can. XV

Mansi xii. 400

Quintodecimo definiunt capitulo, ut septem
canonica orationum dici et noctis hora diligentibus
cura cum psalmodia et cantilena libinet conseni-
enti observentur, et ut eandem monasterialis
psalmodia puritatem ubique sectentur, nihilque
quod communis usus non admittit, presumant
cantare aut legere, sed tantum quod ex sacrarum
Scripturarum auctoritate descenderit, et quod
romanae ecclesiae consuetudo permittit, cantent
vel legant, quatenus unanimiter uno ore laudent
Deum.

Eloge et Utilite de la Oralmodie et du chant

q. le long Can. xxvii du Conite de
Cloueshoi n. 747

Mansi xii, 404

Enseignement du chant dans les écoles (?)

Synode de Neuching en Bavière, 772.

Hefele H. des Louc. T.V p. 33-36 de l'édition française, analyse le texte d'une instruction pastorale attribuée à ce synode. On y lit p. 35

« Chaque évêque doit organiser dans sa ville une école et la confier à un instituteur sage, qui instruira l'après les traditions des Romains, donnera des leçons et pourra également enseigner ce qui n'est pas écrit, par exemple comment on doit chanter dans l'église les heures canoniques selon les époques et les fêtes d'obligation, comment le chant pare l'église et édifie les auditeurs, et comment on doit servir... à l'autel du Seigneur. »

Cf. le texte latin de Scholliner D. "Westenrieders Beitragen", T.i p. 22 - et allemand de Winter D. "Acad. des Sc. de Bavière", 1807 p. 143.

Chant selon les livres romains. On doit s'y conformer.

ii Conc. de Cloveshoë, 787. Can. XIII

« Tertio decimo definitur decreto ut uno eodemque modo dominicae dispensationis in carne sacrosanctae festi-
vitates, in omnibus ad eas rite competentibus rebus,
id est in baptismi officio, in missarum celebratione,
in cantilena modo celebrentur, iuxta exemplar
videlicet quod scriptum de Romana habemus ec-
clesia. Itemque ut per gyrum totius anni natali-
tia sanctorum uno eodem die, iuxta martyrologium
eiusdem Romanae ecclesiae, cum sua sibi conve-
nienti psalmodia seu cantilena venerentur. »

Mansi XII, 399

le ii Conc. de Cloveshœ, 787.

outre les Canons xii et xiii copiés à part, en a encore plusieurs autres qui touchent au chant:

le Can. xv - sur la Psalmodie et le chant des heures canoniques.

le Can. xx - les monastères d'hommes ne ~~doivent~~ doivent pas devenir les "lubricurum artium receptacula, ~~id est~~ hoc est poetarum, citharistarum, musicorum, sarrarum, sed orantium . . . habitaciones.

les religieuses font mieux de chanter des psaumes que de broder de beaux habits.

le Can. xxvii - chant des psaumes.

Mansi xii, 400-406

Enseignement du chant dans les écoles - la copie des mss. doit être soignée.

Synode d'Aix - la - Chapelle, 789, Capit. LX (ou LXI)
S'adresse aux (évêques et aux abbés.) prêtres.

« Et ut scholae legentium puerorum fiant. Gsal-
mos, notas, cantus, compotum, grammaticam per
singula monasteria vel episcopia discant. Sed et libros
catholicos bene emendatos habeant: quia sepe dum
bene aliquid deum rogare cupiunt, per inemendatos
libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos
vel legends vel scribendo corrumpere. Et si opus est
evangelium vel psalterium et missale scribere,
perfectae aetatis homines scribant cum omni di-
ligentia. »

Mansi xiii, appendice p. 173

Chant romain et chant gallican. Les moines doivent se servir du premier. le roi Clovis et le chant Romain.

Synode d'Aix-la-Chapelle, 789, Capit. LXXVIII

Omnes clericis.

« Monachi ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant secundum quod beatae memoriae genitor noster Clovis Rex decrevit ut fieret, quando gallicanum cantum tulit ob unanimitatem apostolicae sedis et sanctae Dei Ecclesiae pacificam concordiam »

Mansi Xiii Appendice p. 174

les musiciens ambulants d'aujourd'hui sont aussi quelquefois des "margones.. ? cf. Capit. 77 (même colonne)

Interdiction les chansons aux litanies - Chant rustique
à corriger.

Conc. de Salzbourg 799. C. ii

« Ut omnis populus honorifice cum omnis supplicatio-
nibus devotione, humiliter et cum reverentia absque
pretiosarum vestium ornatu vel etiam inlecebrosu
canto et lusu saeculari cum lachryis procedant,
et discant Kyrieleyson clamare, ut non tam rus-
ticae ut nunc usque, sed melius discant. »

M.G.H. Reges III, 473

Chant Romain

Syn. d'Aix-la-Chapelle, 801,

Capitula de doctrina clericorum - n.º 9 et 10

« 9 - Cantum Romanorum in nocte

10 - Et ad missam similiter »

M. G. H. Leges. i, p. 107

Chant Romain

Capitulaire de Thionville , 805 .

« 2 - Ut cantus discatur et secundum ordinem et morem Romanae ecclesiae fiat : et ut cantores de Mettis revertantur . »

M. G. H. Leges, i , 131

les Missi dominici doivent s'enquérir de la façon dont le
chant d'église est exécuté

Capitulaire de Noyon. 806. Cap. iv.

Mansi xiv. app. 313

De vita et conversatione monachorum et
sanctimonialium per Missos discutenda.

Ut praedicti Missi per singulas civitates et
monasteria virorum et puellarum provideant
quomodo aut qualiter in domibus Ecclesiarum et
ornamentis Ecclesiae emendatae vel restauratae
esse videntur, et diligenter inquirent de conversatione
singulorum, vel quomodo emendatum habeant
quod justinus de eorum lectione et cantu ceterisque
disciplinis et ecclesiasticae regulae pertinentibus.

"Scholarii", destinés à remplacer les prêtres pour l'office
lorsque ceux-ci sont empêchés.

Syn. D. Aix-la-Chapelle, 809

Capitulare ecclesiasticum. N: 5

« Quinto. Ut ipsi presbyteri tales scholarios habeant,
id est, ita nutritos et institutos, ut si forte eis con-
tingat non posse occurrere tempore competenti
ad ecclesiam suam officii gratia persolvendi, id est
tertiam, sextam, nonam et vesperas, ipsi scholarii
et signum in tempore suo pulsant, et officium
honeste deo persolvant. »

M. G. H. Leges i, 160

On attache plus d'importance à la manière dont chantent et
lisent les clercs et les moines, qu'à la sainteté de leur vie,
c'est un grand tort.

cf. Lois d'Alaix-la-Chapelle 811, Cap. XI

Mansi XIV, 331 (Appendice)

Sur le choix des chœurs

Conc. d'Aix-la-Chapelle, 816-817. C. 133

« Tales ad legendum, cantandum et psallendum in ecclesia constituentur, qui non superbe, sed humiliter debitas domino laudes persolvant; et suavitate lectionis ac melodiae et doctos demulceant et minus doctos erudiant; plusque velint in lectione vel cantu populi aedificationem, quam popularum vanissimam adulationem. qui vero haec docte peragere nequeunt, erudiantur prius a magistris: et instructi, haec adimplere studeant ut audientes aedificent. »

Mansi xiv, 238

Sur le grand art des chantes - le chant proportionne au degre
des fêtes, au nombre des cleus - la bonne pronouciation des
voyelles - le mouvement des psaumes - les écoles de
chant etc.

Cou. d' dix - la - Chapelle . 816 - 817 Can. 137

« Studendum summopere cantoribus est : ne donum sibi
diuinitus collatum vitis foedent, sed potius ^{illud} humilitate, casti-
tate et sobrietate et ceteris sanctarum virtutum ornamen-
tis exornent. quorum melodia animos populi circumstan-
tis ad memoriam amoremque caelestium, non solum
sublimitate verborum, sed etiam suavitate tonorum,
quae dicuntur erigat. Cantorem autem, sicut traditum
est a sanctis patribus, et voce et arte praediarum, il-
lustriusque esse oportet ita ut per oblectamenta dulce-
dinis animos incitet audientium. etc. Cantores itaque
non propter donum sibi collatum se caeteris superbien-
do praeferrant, sed humiliter socios exhibeant. Et provi-
dendum est illis, quando ^{et} temperate, quandoque sub-
misse diuinum agatur officium : scilicet ut secun-
dum numerum clericorum, et officii qualitatem et
temporis prolixitatem cantum protendant, et voces
moderentur ceterorum. Sonum etiam vocalium lit-

terarum bene atque ornate perstrepant. His vero qui huius
artis minus capaces sunt, donec erudiantur, melius conve-
nit ut silant, quam cantare volendo quod nesciunt, aliorum
vores dissonare compellant. Psalmi namque in ecclesia non
cursim, et ~~excell~~ excelsis atque inordinatis vocibus, seu intem-
peratis vocibus, sed plane ac dilucide, et cum compunctione
cordis recitentur, ut et recitantium mens illorum dulcedi-
ne pascatur, et audientium aures illorum pronuntiatio-
ne demulceatur, quoniam quamvis cantilinae sonus in
aliis officiis excelsa soleat edi voce, in recitandis tamen
psalmis huiusmodi vitanda est vox. Constituantur inter
ea seniores fratres, probabilioris scilicet vitae, qui tempore
statuto ~~cum~~ vicinim cum cantorum schola sint, ne
hi qui discere debent, aut otio vacent, aut inanibus et
supervacuis fabulis insistent. Si vero cantores superbi
extiterint, et artem quam divinitus adiuti didicerint, aliis
insinuare renueant, graviter ac severe iudicentur, ut emen-
dati atque correcti, talentum sibi a Deo collatum aliis
erogare procurent. Huiuscemodi autem correptionis modus
erga eos qui quarumlibet artium disciplinis eruditi sunt, et
se talento sibi divinitus collato, magis se aliis superbiendo
praeferre, quam id cum caritate insinuare gestiunt, a
praelatis obrixe tenendus est. »

les chœurs seuls ont le droit de chanter au pupitre

Con. d' Aix-la-Chapelle, 816-817 c. 76

« Quod non oporteat amplius praeter eos qui regulari-
ter cantores existunt, qui et de codice canunt, alios
in pulpitum conscendere, et in ecclesia psallere. »

Mansi XIV, 201

C'est une réédition du Canon XV de laodicee.

Sur le soin et la religion qu'on doit apporter dans le
chant de l'office divin

cf.

Coec. d'Aix-la-Chapelle . 816-817 C- 132

Mansi XIV, 238

Enseignement du chant dans les écoles épiscopales

Conc. de Valence. 855. Can. xviii

Mansi. xv, 11

21 *discipline* Ut de scholis tam divine quam humane
literarum, nec non, et ecclesiasticæ cantilenæ,
juxta exemplum prædecessorum nostrorum, aliquid
inter nos tractetur, et si potest fieri, statuatur
atque ordinetur = quia ex hujus studii longa
intermissione, pleraque ecclesiarum Dei loca
et ignorantia fidei, et totius scientiæ inopia
invasit. Placet firmiter

Le Concile d'Angleterre (Cantorbery ?) tenu en 969
sous S. Dunstan est précédé d'un discours du roi
Edgar sur le relâchement des clercs - Les chansons
prolongées très avant dans la nuit ont pris la place
de l'office divin qui n'est plus chanté qu'avec né-
gligence ..

cf. Wilkins Conc. Magn. Britanniae i, 246
ou Labbe Conc. ix, 697.

Tournois condamnés

Conc. de Clermont . 1130 . Can. ix

cf. Manni xxi, 439

cf. aussi.

Conc. oec. du Latran, 1139 . Can. xiv

Conc. oec. du Latran, 1179 . Can. xx

Conc. oec. de Vienne

Conc. de Reims 1157 Can. iv

Unité de la liturgie dans la province

Conc. de Rouen, 1189, Can. i

« Antiquorum patrum nostrorum vestigiis adhaerentes
in primis decernimus, ut omnes suffraganeae ecclesiae
nostrae in legendo et psallendo, unum huius sacro-
sanctae ecclesiae metropolitanae imitentur. »

Mansi, X X ii, 581

Constitutiones Synodales Iudae de S^{ty} Sully arch. de Paris

vers 1200 Cap. V § 11

« Ad horas beatae Virginis semper tertius versus dicatur,
capitulo, ut observat H. S. Maria mater gratiae, et can-
tentur in ecclesia cum nota et devotione, vel in re-
gendo an cavendo. »

Mansi Xii, 678

On n'admet a la tonsure que ceux qui savent lire et chanter

Conc. de Beziers . 1233 . Can. vii .

«... Statuimus et firmiter praecepimus et mandamus
ut nullus etiam ad primam tonsuram de cetero ad-
mittatur, nisi sciat legere et cantare, et de libero
utero et legitimo matrimonio procreatus.»

Mansi xxiii, 271-2

Défense de donner dans les monastères des charges à ceux qui ne savent pas par cœur les psaumes, les hymnes, avec le chant.

Constit. d'Odou ev. de Salisbury vers 1256

« Cum secundum regulas sanctorum Patrum religiosi viri psalmos, hymnos et quaedam alia legenda et canenda tam in nocturno quam in diurno officio secundum suas observantias teneantur cordatenus retinere, statuimus ne nunc monasterium ingressus, nec de cetero ingressurus in nostra diocesi nisi officium suum cordatenus ~~retineat~~ memoriter retineat, cerante ignorantia invincibili, alicui obedientiae praeporatur »

Mansi xxiii, 910

Chant de l'office divin dans les Collégiales

Cou. de Cologne 1260

V. le Conon vii

Mansi xxiii, 1016-1017

Contre les pleureuses et les chanteuses aux enterrements
Constitut. Synodic. Nicosienses (XIII-XIV S.?)

Can. XX Contra tibicines et cantatrices pro mortuis.

« Caeterum quia morbus quidam pestifer et infidelitati vicinus valuit in his partibus, ut videlicet in exequiis mortuorum, in domibus, ecclesiis et coemeteriis, tibicines quæ lugubre conunt, quas cantatrices vocant, advocentur, quæ non solum turbant divina, verum etiam excitant alia verbis vanis ac judæorum ritui consonis, ad plorandum, verberandum, et lacerandum se ipsas: hoc ne fiat de caetero districtissime et sub excommunicationis vinculo prohibemus, inhibentes omnibus tam presbyteris quam aliis clericis ne hujusmodi funeris sepulturae intersint, nec officium celebrent, aut crucem deferri faciant, postquam intellexerint, in domo ubi funus fuerat, vel in ecclesia cantatrices hujusmodi extitisse: quas si de caetero contra hanc nostram prohibitionem fecerint, faciemus capi, verberari et poni in scala,

et demum in carcerem detrudi, donec poena do-
cente discant quantum deliquerunt, et de caetero
ab hujusmodi abstinere. Mulieribus etiam aliis
omnibus atque viris prohibemus ne eas advo-
cent, aut eis dent aliquid propter hoc, et ne
mulieres in coemeteriis aut domibus ad plo-
randum conveniant: quia hic mos est infi-
delium, et paulatim ad infidelitatem adducit,
dum contra Apostolum tristantur sicut caeteri,
qui de resurrectione spem non habent, cum in
morte fideles deberent consolationem suscipere, et
gaudere cum domino nostro Jesu Christo.

Manr. xxvi - 316.

Chant du Salve Regina après Complies.

Conc. de Benafiel . 1302 . Can . xii

Mansi , xxv , 105

« Item cum humana propter sui corruptionem vivere nequeat
absque culpa, et testante Hieronymo, res contra naturam pene-
sit, ut sine peccato aliquis vivat, et lapsi per peccatum solum,
post Dominum, recursum habeant ad vite dulcedinem sanctam
Virginem gloriosam, quam tenemus omnes requirere tanquam
matrem misericordiae, cum hymnis et canticis gloriosis: ideo inde
suae laudis praecomium duximus taliter ordinandum, ut singu-
lis diebus post completorium cantetur Salve Regina in quolibet
ecclesia, alta voce, cum versu Ora pro nobis et orationibus, Concede
nos famulos tuos; Item, Ecclesiae tuae; et pro summo pontifice
oratio, Deus omnium fidelium; et pro Rege nostro oratio, Quaesumus
omnipotens Deus. »

Con. de Beziens . 1310 . Can. ii

Mansi . xxv . 359

« De quatuor minoribus ordinibus. De promovendis ad quatuor
minores ordines ordinator provideat, quod sciatur psalterium legere,
specialiter epistolas et lectiones, et exorcismos, et cantare antiphonas
et responsa.»

Conc. de Beziens. 1310. C. iii.

Manni. xxv. 359

« iii. De subdiaconatu. Porro quia mittentem manum ad aratum sic coaptari oportet, ne cum retro respicere non possit, sit inhabilis regno Dei, magno opere provideri oportet, quod ad subdiaconatus ordinem promovendi sicut in legendo et cantando in ecclesia officiare, et saltem in grammaticalibus aliquatenus sint instructi; et tam illi quam alii ad alios ordines promovendi sua promotionis receptae litteras ordinatoribus adhibeant et ostendant ut provideat ne per fallum eos promoveri contingat. »

Conc. de Cologne . 1310 . Can. vii

Manni . XXV . 238

« vii. De vicariis, quoad versus et lectiones in matutinis.
Intelleimus etiam quod quæcumque in quibusdam ecclesiis vicarii
aliqui adstricti sint suas septimanas servare, celebrando missas in
principali seu summo altari, et ceteras horas quascumque, lectiones
tamen in matutinis legere, vel versus cantare in eisdem ecclesiis de
consuetudine prohibentur. Propter quæ occasione canonicorum absentium
contingit interdum, in eisdem ecclesiis negligentias fieri, et matutinos
cum cantu penitus prætermitti. Attendentes igitur absurdum esse,
quod majora et solemniora, ut est dictum, ipsis vicariis permittantur,
utpote missarum celebratio in summo altari, et minima denegentur:
ad tollendam negligentiam hujusmodi, præcipimus decanis, et ipsi
vicariis eisdem deinceps injungant versus cantare et lectiones legere,
sicut viderint expedire: eos qui ipsi in hoc non perverint, sicut
in ceteris, corrigendo: salva correctione contra canonicos, qui in
præmissis fuerint negligentes.»

les bénéficiers, prébendés etc. ~~bene~~ ~~doce~~ doivent savoir
lire et chanter.

ii Conc. de Ravenne. 1311. C. XVI.

Cum indignum sit, quod beneficia ecclesiastica pro
divinorum officiorum obsequiis deputata, conferantur
illitteratis, ignotis, insufficientibus, et indignis; sta-
tuimus, et districtius prohibemus, ne parochialis ecclesia
de cætero conferatur, seu detur, nisi tali, qui compe-
tenter sciat legere et cantare divinum officium. Nec
canonicatus conferatur alicui in ecclesia cathedrali,
nisi tali, qui sciat legere et cantare, et competenter
construere, et decimum quintum annum attigerit.
Nec canonicatus, vel praebenda, et decatus, in eccle-
sia collegiata, ubi tres vel plures fuerint in congre-
gatione, nisi sciat competenter legere et cantare,
et duodecimum compleverit annum. Nec aliud rurale
et simplex beneficium alicui promus illitterato, sed
qui sciat aequaliter legere. Et si contra factum
fuerit, sit irritum ipso jure.

Manni XXV, 458

La fête des fous et autres semblables interdite.
au Conc. de Nantes, 1431, Can. XIII

« la fête des fous qui commençait à Noël et finis-
sait le 28 décembre, celle du lundi de Pâques et celle du
premier jour de Mai furent interdites, comme elle
le méritaient. »

(D. Morice Hist. de Bretagne i, 512)

le texte dans Maan Sancta et metropolitana Turonensis
Cathedra dans l'appendice p. 101

cf. Conc. d'Angers. 1448.

l'un et l'autre sont de la province de Tours

XLV

Harum ecclesiarum abusum, in quibus in sacrificio sollemnis
missae, symbolum fidei, praefatio, sive oratio dominica
inchoata, cantilena non perficiuntur aut omnino sine
cantu dicuntur, damnavit atque abolevit, vetuitque
inter missarum sollemnia cantilenas vulgari sermone
conditas cantari et in privatis missis iussit omnia
pronuntiari alte et intelligibili voce

Concilium Basiliensis, sessio ~~XXI~~ ann. 1495

col. Labbe t. ~~XXII~~ p. 159c d e

Interdiction des spectacles dans les églises

Conc. de Bâle . 1453 . Sess. xxi, c. 11

De Spectaculis in Ecclesia non faciendis.

Turpem etiam ^{illam} abusum in quibusdam frequen-
tatum Ecclesiis, pro certis anni celebratibus non-
nulli cum mitra, baculo, ac vestibus pontifi-
calibus more Episcoporum benedicunt, alii ut
reges ac duces induti, quod festum fatuorum
vel innocentium, seu puerorum, in quibusdam
regionibus nuncupatur, alii leucales et theatrales
jocos, alii choreas et tripudia marium ac mu-
lierum facientes homines ad spectacula et cachi-
nationes movent, alii comensationes et convi-
uia ibidem praeparant: haec sancta Synodus
detestans, ~~et~~ statuit et iubet tam ordinariis, quam
Ecclesiarum decanis et rectoribus, sub poena
suspensionis omnium proventuum Ecclesiasti-
corum trium mensium spatio, ne haec ~~et~~
aut similia ludibria neque etiam mercan-
tias seu negotiationes mundinarum in Eccle-

na quae domus orationis esse debet, ac etiam
in coemeterio exerceri amplius permittant, trans-
gressoresque per censuram ecclesiasticam, aliaque
iuris remedia punire non negligant. Omnes
autem consuetudines, statuta ac privilegia quae
his non concordant circa haec decretis, nisi
forte majores adfuerint poenas, irritas esse haec
sancta Synodus decernit.

Mansi XXIX, 108

Interdiction des spectacles, fêtes de fous etc. dans les
Églises

Conc. de Bourges 1438. § 33

« Spectacula, ludos, conersationes, choreas, mundi-
nationes, ludibria et larvatas personas incedere ab
ecclesia et locis sacris arcto. Contemptorem clericum
trimestri proventu abstinere iubeto. Reliquos censura
ecclesiastica prohibeto. »

Manni xxxi, 283.

Labbe xii, 1432.

défense aux prêtres de donner la sépulture religieuse à
ceux qui meurent dans les tournois, les spectacles etc...

Conc. de Treisingen . 1440 . C. X

Imper praesenti constitutione iuximus inhibendum
universis clericis nostrae dioecesis ne suspensos pa-
tibus, scollatos, vel alios qualitercumque per
sententiam morti traditos, in torneamentis, ludis,
publicis spectaculis, aut alias occisos vel subito
defunctos, qui non eodem anno conferti, vel alias
in mortalibus peccatis morte ~~praesentia~~ praeventi
fuerint..... tradere praesumant ecclesiae se-
pulturae absque licentia nostra aut vicarii nostri
petita super hoc diligentius et obtenta.....

Libbe ~~XIII~~ XIV, 1289

Interdiction de la fête des fous

Conc. de Rouen. 1445. C. XI.

« Item et ut honeste ac sancte creatori nostro
serviatur, prohibet haec sancta synodus ludos qui
fatuorum vulgariter nuncupantur, cum larvatis
faciebus, et alias inhoneste fieri in ecclesiis, aut
coemeteriis; cum tales ludi honestatem ecclesiasti-
cam deturpent, omnes et singulos qui secus ha-
bere praesumerent excommunicationis sententiae
subiciens, ac statuens, quod si dicti praesumptores
distributiones aliquas in eisdem ecclesiis percipere
sint soliti, illas per tres menses sequentes per-
dant, quae inter alios honestos choniales divi-
dantur.

Labbe XIII. 1304.

La fête des fous et autres semblables interdite
au Coex. d'Angers. 1448. Can. vi

cf. labbe. xiii. 1354

les prélatures réservées aux chœurs (?)

Conc. de Limerick (ou Cashell) 1453. Can. 86.

Statuit concilium, quod in civitatibus et locis in quibus cantus habetur, et chorus regitur, nullus ad aliquas praelaturas nisi cantores admittantur, salvo privilegio speciali sedis apostolicae.

Wilkins. Conc. M. Brit. iii, 570.

Interdiction des représentations théâtrales, fêtes burlesques
etc... dans les églises.

Conc. de Sens. 1460. Cap. iii articuli iii.

de choreis et ludis in ecclesia non fiendis.

Item cum per choreas, et ludos theatrales, ludificationes, et insolentias, soleant templa domini profanari, et sacra in vilipendium deduci, in virisque ecclesiasticis talibus se immiscentibus scandala et opprobria generari: ludos et choreas, et tales insolentias, in sacris ecclesiis et locis de ~~caetero~~ caetero fieri prohibemus. Quod si ad memoriam festivitatum, et venerationem dei ac sanctorum, aliquid juxta consuetudines ~~ecclesie~~ ecclesie, in Nativitate domini, vel Resurrectione, videatur faciendum: hoc fiat cum honestate et pace, absque prolongatione, impedimento vel diminutione servitii, lavatione, et sordidatione fauci, ex speciali permissione Ordinarii, et beneplacito ministrorum ipsius Ecclesie. Ut autem hæc insolentiae ludorum, circa festum præsertim Innocentium, in aliis nostris provincialibus statutis prohibita, et quam prohibitionem iterum renovamus

penitus arcantur: Constitutionem sacri ^{Basileensis} Concilii
Basileensis observandam, et huic nostro presenti
statuto iuxta eius tenorem sequitur
et est talis:

|| Suit le decret Turpem abusum de la 21. Session
|| de Bale, jusqu'a punire non negligont.
Adjicentes etiam, quod merimonia negotiacionis
intra ecclesiam fieri nullatenus de caetero permit-
tantur. quodque infra septa seu clausuram
monasteriorum, tam virorum quam mulierum,
choreae et tripudia nullo unquam tempore exerce-
antur per quoscumque; nec etiam extra ipsa
monasteria liceat religiosis personis in quibus-
cumque locis praefatas choreas et tripudia agere;
et in contrarium facientes per eorum superiores
debite puniantur.

habbe xiii, 1728

Interdiction des Spectacles dans les églises

Conc. de Tolède, 1473, Can. XIX.

Ab ecclesia, ubi redemptor noster Jesus, in cujus nomine omne genu flectitur, juxta pro nobis immolatur, turpitudine quaeque merito est abolenda. Quia vero quaedam tam in metropolitanis, quam in cathedralibus et aliis ecclesiis nostrae provinciae consuetudo inolevit, ut videlicet in festis Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, et sanctorum Stephani, Joannis et Innocentium, aliisque certis diebus festivis, etiam in sollemnitatibus missarum novarum, dum divina aguntur, ludi theatrales, larvae, monstra, spectacula, nec non quamplurima inhonesta et diversa figmenta in ecclesiis introducantur; tumultuationes quoque et turpia carmina et derisorii sermones dicuntur, adeo quod ~~de~~ divinum officium impediunt et populum reddunt indevotum. Nos hanc corruptelam, sacro approbante concilio, revocantes, hujusmodi larvas, ludos, monstra, spectacula, figmenta et tumultuationes fieri; car-

mina quoque turpia, et sermones illicitos sicut
tam in metropolitanis quam cathedralibus, ceteris-
que nostrae provinciae ecclesiis, dum divina ce-
lebrantur, praesentium serie omnino prohibemus,
statuentes nihilominus, ut clerici qui praemissa
ludibria et inhonesta figmenta officiis divinis im-
miscuerint aut immisceri permiserint, si in prae-
fatis metropolitanis seu cathedralibus ecclesiis bene-
ficiati extiterint, eo ipso per mensem portionibus
suis multentur: si vero in parochialibus fuerint
beneficiati triginta; et si beneficiati non fuerint,
quindecim regalium poenam incurrant, fabricis
ecclesiarum et testi synodali aequaliter applicandam.
Per hoc tamen honestas representationes et devotas,
quae populum ad devotionem movent, tam in prae-
fatis diebus quam in aliis non interdumus prohi-
bere.

Labbe xiii, 1460

Le Concile de Sens, 1485, confirme et renouvelle
toutes les ordonnances de celui de 1460, y compris
celle qui ordonne la suspension de toute espèce
de spectacle dans les églises et promulgue à
nouveau le décret du Concile de Bâle sur ce
point.

Table xiii, 1728

Sur le chant d'église et les orgues

Concile de Sens (Paris) - 1528 - Can. 17

Et cum in ecclesiis dei psalmodia cantanda praecipiantur, ut fidelium devotio excitetur, in hoc nocturnum diurnumque officium, et missarum celebritates, avidae clero ~~et~~ ac populo sub maturo tenore distinctaque gradatione cantentur, ut eadem distinctione collibent, et maturitate delectent. Propterea praecipimus ut in ecclesiis sint musici cantus distincti ac discreti, moventes eos ad ~~discreti-~~ ~~ram~~ devotionem compunctionemque. Porro in ecclesiis praestatu musici cantus non sunt antiphonae publicae cantilenae et lasivae. Neque enim, inquit Hieronymus, in tragediarum modum guttur et fauces medicamine sunt leniendae; ne dum blanda vox praeritur, congrua vita negligatur. Nam ut cantor minister deum moribus stimulat, cum populus vocibus delectat, ita lasivus animus dum lasivioribus delectatur modis, eos saepe audiens emollitur et frangitur. Curent ergo sacerdotes et clerici sic nos cantus

institueres, ut modesta & honestaque psallendi
gravitate, fluidaque et grata modulatione sic
audientium aures deliniant, ut provocent exci-
tentque ad devotioris compunctionemque; non
ad lasciviam, cordisive aut animi titillationem

Organorum usum ecclesia a patribus ad cultum
~~sacrosanctum~~ reverentiamque divinum recepit. Nolumus
itaque quod organis instrumentis resonet in
ecclesia impudica aut lasciva melodia, sed sonus
omnino dulcis, qui nihil praeter hymnos divinos
et cantica spiritualia repraesentet.

labbe XIV, 471

Le canon suivant prescrit l'exécution ni
trop rapide, ni trop lente de la psalmodie,
avec les pauses convenables etc.

Pauses dans la psalmodie qui doit être lente
Conc. de Bourges. 1528. Can. 13

Decernit quod observetur statutum concilii Constantiensis et Grammaticae Sanctionis de residentia canonicorum et aliorum ~~Sacerdotum~~ Ecclesiae ministrorum in divino cultu, et etiam de psalmodia lente et cum certa morula facienda.

Labbe XIV, 427.

le Concile de Cologne de 1536, sess. iii, can.
26, se félicite de l'heureuse extinction des
fêtes des fous et autres spectacles semblables dans
la province :

Olim theatrales quoque ludi et larvarum
ludibria inferebantur templis, penitus quidem
exemplo, adeo ut provisione canonica, qua
hic teterrimus abusus aboleretur, opus
fuerit: quem ex nostris diocesisibus jam,
ut operamus, effectum gaudemus.

abbé XIV, 516.

lors des vigiles pour l'anniversaire des évêques
les différents collegia de la ville se réunissaient à
l'église majeure pour chanter l'office en commun ;
l'ensemble est si peu satisfaisant qu'on décide de
laisser chacun dans son église.

Conc. de Cologne 1536. Pars III, c. 30

Quam vigiliae in anniversariis episcoporum in
summo templo nostro convenientibus illius colle-
giis, persolvuntur ; inconcinne, atque adeo specie
ipsa non satis pius ac devotus, cantus editur. Quare
nobis visum est expedientius, ut collegia ~~singula~~
singula in suis templis vigiliis hasce devote absol-
vant

labbé XIV, 517

Les chœurs ou la musique de l'orgue ne ~~doivent~~
doivent jamais faire écouter certaines portions de
l'office

Conc. de Cologne . 1536. Pars, II. Can. 12.

Iam et illud non recte fit in quibusdam eccle-
siis, ut ob cantorum et organorum concertum
omittantur, aut decurtentur ea quae sunt prae-
cipua. Cuius generis sunt, recitatio verborum pro-
phetiarum aut apostolicorum quam epistolam
vocamus, symbolum fidei, praefatio quae et
patrum actio, atque precatio dominica. Quam-
obrem haec tota distinctissime ~~et~~ ac intelligibiliter,
uti cetera omnia (nisi tamen non levis decurtandi
causa subit) decantentur. Sit quoque cantus
quo presbytero respondetur, aequalis, nec praeci-
pitatus.

Labbe XIV, 506

Les orgues

Conc. de Cologne . 1536 . Cursii . C. 15.

Organorum melodia in templis sic adhibebitur,
ne lasciviam magis quam devotionem excitet:
neve praeter hymnos ~~et~~ divinos ac cantica
spiritualia, quidquam resonet, ac representet

table . XIV, 506

Concilio de Trento 1545-1563

Sessio XXII - De observandis et evitan-
dis in celebratione missae.

Ab ecclesiis vero musicas eas, ubi sine orga-
no, sine cantu lascivum ~~quod~~ aut impurum
aliquid miscetur, item saeculares omnes ac-
tiones, vana, atque adeo profana colloquia,
deambulationes, strepitus, clamores arceant
[ordinarii locorum episcopi]; ut domus dei,
vere domus orationis esse videatur, ac dici
possit.